

& ebriositatem, Venus autem per lustra & fornices lassata quidem, sed non satiata pervagata fuisset. Crassissima verò longè fuit stultitia & stupor incredibilis, *lignum, lapidem & metalla* putare Deos, portare & custodire, qui ipsi portatu & custoditu opus haberent, nec feles aut araneas, nec avium excrementa cispellere, nec incendia averruncare possent. Atque hæc exercitamenti Oratorij vicem sibi sumsit Noster. Nostro verò more Psalmorum juxta ordinem currentium paraphrasi eundem cingent JOHANNES Suchand Hojersvverdâ Lusatus & GEDEON Bergemann ex agro Lœbaviensi, quorum ille *Psalmum LXXIX. Latinis hexametris*, hic autem *XXC. heptametra Archilochio & Jambico senario catalectico & XXCI. itidem hexametro Latino* redditos recitabunt. Quos ut solitâ benivolentiâ exaudire dignemini, est quod & ego & ipsi officiosè & observanter
 rogamus,

